



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Seelen-Hülff Für Krancke und Gesunde**

**Nakatenus, Wilhelm**

**Cöllen, 1681**

Resolutiones circa Sacramenta Confessionis, Communionis & Extremæ  
Unctionis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60112](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60112)

## AD SACERDOTES.

Qui infirmos invifunt, iisq; Sacramēta ministrant.

**S**acerdos cubiculum infirmi ingreffus dicat :  
*Spax huius domui, & omnibus habitantibus in ea,*  
Poterit deinde aquâ benedictâ ægrum & circum-  
ftantes afpergere, dicendo: *Asperges me Domine,*  
*&c.* Idemque, dum abit, repetere.

Sic porro ægrum (fi quidem fibi præfens fit)  
fuaviter alloquatur, & ad patientiam & fpem  
hortetur, perfuadendo illi, à divina providentia  
& bonitate morbos & mortem, vitam & fanita-  
tem provenire. Exempla in illum finem, senten-  
tiasq; Scripturæ in promptu habest. Nam in *S.*  
*Scriptura*, uti ait *S. Hieron. ep. 43. ad Julian. Vera*  
*vulnerum medicina est, & dolorum certa remedia.*

Sicque paulatim ad Confessionem, *S. Euchari-*  
*ftiam*, & extremam *Unctionem* admittendam (fi  
aliquod fit mortis periculum) ægrum inducat.

Libellus hic copiam precum fuppeditat, quæ  
loco, tempori & personis convenienter ægro præ-  
legi poffunt.

Multum prodeft & ædificat, fi circumftantes  
interdum cum Sacerdote orent, quod fit in reci-  
tatione *Litaniarum* & aliis precibus, quæ in illum  
finem factæ, videantur pag. 284. Mifceantur lub-  
inde latino idiomate preces, benedictiones &  
*Evangelia*, quæ funt pag. 75. & pag. 261. & 305.

Quid in administratione Sacramentorum *Pœ-*  
*nitentia*, *Euchariftia* & *extrema Unctionis* præftan-  
dum, fequentes *Resolutiones* declarant.

### RESOLUTIONES PRO INFIRMIS

#### *Circa Sacramentum Pœnitentia.*

**D**anda est absolutio illi infirmo, qui  
(cùm loqui non poffit) eam nutu,

aut

aut signo petit. Ita Canones & Rituale  
Rom. editum jussu Pauli V. 1615. cujus  
verba sunt: *Si confitendi defaerium sive per  
se, sive per alios ostenderit infirmus, absolven-  
dus est.* Si ergo praesente Sacerdote neque  
confiteri, neque absolutionem nutu pe-  
tere, aut poenitentis signa edere infirmus  
possit, idque Sacerdote absente fecerit,  
juxta unius aut alterius fide dignam re-  
lationem, absolvi poterit a praesente Sa-  
cerdote. Censetur enim talis aeger Con-  
fessus per nuntium, quod in tali casu suf-  
ficit, dummodo absolutio detur in praesentia poenitentis. Ita Valentia tom. 4.  
disp. 7. q. 11. p. 1. Filiuc. tom. 1. tract. 7.  
c. 5. n. 122. Henric. lib. 5. c. 2. n. 7. Pluri-  
mos alios pro hac sententia citat Diana:  
ipsum quoque D. Thomam. Favent ei-  
dem Concilia Arausicanum VII. c. 12.  
& Carthagenense IV. c. 76. quibus de-  
cernitur, ad absolvendum sacramenta-  
liter infirmum sufficere Confessario, si  
ab aliis detur testimonium de voluntate  
ipsius. Cavendum proinde, ne hoc sola-  
tio ac praesidio aegrotus privetur. Addit  
Bonacina tom. 1. disp. 2. q. 3. p. 33. n. 4.  
Pote absolvi poenitentem, qui per nun-  
tium accersavit Confessarium, hoc vero  
adv-

adveniente, loquelæ & sensuum usu ita destitutus est, ut nullum signum doloris exhibere possit, nullusque tunc adsit, qui petitionis faciendæ Confessionis fidem faciat. Clemens VIII. Pont. Max. fertur, illi etiam, quem vidit labentem ex fabrica S. Petri, sub conditione absolutionem dedisse hoc modo: *Si es capax, absolvo te à peccatis tuis, &c.*

2. Potest & debet Confessarius infirmum, aut graviter vulneratum, quem credit statim moriturum, audito uno tantum peccato, absolvere. Nec requiritur integra Confessio, juxta sententiam Bonacinae, quando infirmus nimis fatigatur explicandis peccatis (caveat tamen pœnitens, ne sibi nimum blandiens plura peccata reticeat, quàm justa causa, aut imminens periculum postulat; quantum enim moraliter fieri potest, integrè facienda est Confessio) qui autem convalescit, tenetur ad integram Confessionem, si illam in morbo non fecerit. Similiter tempore pestis, si quidem Confessario ex mora diuturniore apud egrum evidens immineret periculum infectionis, dicto uno alterove peccato, dari potest absolutio, juxta A. cit.

3. In

3. In naufragio, prælio, aut simili casu, in quo ne unum quidem in particulari posset à singulis declarari peccatum, dato aliquo signo pœnitundinis, quale esset genuflexio, vel pectoris percussio, absolvi simul omnes præsentés possent hac formulâ: *Ego vos absolvo à peccatis vestris.* Ita Hurtado de Sacram. Pœnit. disp. 8. diffic. 2. & disp. 9. diffic. 10. Nemo tamen hac fiducia fretus liberè peccare præsumat. *Deus non irridetur.* Gal. 6.

4. Quilibet Sacerdos, malus & bonus etiam suspensus, schismaticus, apostata, excommunicatus in articulo mortis ab omnibus peccatis & censuris quemvis verè pœnitentem validè potest absolvere. Etiam potest licitè, si aut priùs confiteatur, aut conteratur. Ita Trident. sess. 14 c. 7. *Nulla sit reservatio in articulo mortis.*

NB. Pro usu hujusmodi absolutionum non est expectandus ultimus articulus mortis; sed sufficit infirmum verè versari in periculo mortis. Ita Præpos. in 3. p. q. 7. de Sacram. Pœnit. d. 6. n. 43. Afficiendi supplicio (latâ seriò sententiâ à iudice) vel maximè his gaudent privilegiis, sunt enim in præsentí certæ mortis articulo.

Porro

Porro advertendum est solos Sacerdotes & non alios Laicos hujus Sacramenti esse ministros. Proinde irrita prorsus est Confessio, quæ interdum à moribundis, deficiente Sacerdote, fit Laico. Eliciatur in ejusmodi casu, quàm perfectissimè fieri potest, contritio. Et in hac, non in tali Confessione Laico factâ moriens omnem consequendæ salutis fiduciam ponat.

*Resolutiones circa S. Eucharistiam.*

1. **D**atur S. Eucharistia moribundis per modum Viatici tunc, quando probabile est illam esse ultimam. Et hæc sola est differentia Communionis ordinariæ, & illius, quæ nomen habet Viatici, quòd per illam ordinariè petatur gratia benè vivendi, per hanc benè moriendi. Est ergò Viaticum hoc annona & commeatus animæ pro imminente itinere ad æternitatem.

2. Forma dandi *Viaticum* hæc est: *Accipe, frater, (vel soror,) Viaticum Corporis Domini nostri Iesu Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, & perducatur in vitam æternam, Amen.*

3. Si quis ante prandium communicasset, aut Missam legisset, & circa meridiem

vidiē aut sub vesperum incideret in  
morbum, ex quo eodem die putaretur  
discessurus, posset eodem quoque die non  
jejunus iterum S. Eucharistiam per mo-  
dum Viatici sumere. Hurt. de Euchar.  
disp. 10. diffic. 2. Turrian. in summa p. 20  
c. 58. d. 2. &c.

4. Et cum infirmus indigeat ad occur-  
rentes tentationes vincendas tanti Sa-  
cramenti subsidio, potest vel post sex cir-  
citer dierum spatium, ut Filliuc. vel si ad  
frequentem Communionem assueverit,  
ita ut propter devotionem ac desiderium  
agrè abstineat, altero statim die com-  
municare etiam non jejunus, ut Laym.  
in Theol. moral. lib. 5. tract. 4. c. 6. n. 20.  
Pia enim mater Ecclesia non vult suam  
sobolem privare subsidio, quo semper in-  
diget, quodque semper prodesse potest.

5. Sacerdos deliranti, qui propter fe-  
brim in amentiam incidit, potest præbe-  
re Viaticum, maximè si ante delirium il-  
lud desideraverit, aut contritionis signa  
ediderit, nullumque irreverentiæ pericu-  
lum sit timendum.

6. Etiam reo, qui statim ducendus est  
ad supplicium, si hoc differri non potest,  
& is cæteroqui dispositus est, potest dari

Com.

Communio etiam non jejuno. Violentia enim mors non tollit obligationem, quam habent omnes ex præcepto divino communicandi in articulo mortis. Vide Sancium in select. disp. 40. Zambr. de Euchar. c. 5. n. 6. qui citat Navarrum, Suar. Henriq. &c.

7. A quolibet Sacerdote in articulo mortis in defectu Parochi ordinarii potest dari Eucharistia, sicuti absolutio, ut supra dictum est. Potest prætereà in casu necessitatis à Sacerdote sacrificante, ( si videlicet minor hostia non suppetat ) pars hostiæ dari moribundo, quod integritati sacrificii non obstat, ad quam solum requiritur, ut consumptio fiat utriusq; speciei; sine causa autem gravi & rationabili sine malè hoc fieret.

8. Non solum Sacerdos, verum etiam Laicus in absentia idonei ministri posset seipsum communicare in articulo mortis, exemplo Mariæ Reginae Scotia. Ita Reginaldus tom. 2. l. 29. c. 5. q. 5. n. 39. Mercerus de Sacer. q. 82. art. 3. n. 3. Granada in 3. p. contr. 6. tract. 12. disp. 1. n. 4. &c.

9. Illi, qui difficulter posset transmittere S. Hostiam, posset hujus particula dari



dari intincta vino. Ita Suar. in 3. p. di  
67. sect. 6. §. 2. Præpos. in 3. p. q. 80. d.  
&c.

*Resolutiones circa extremam Vnctionem*

1. **U**ngi præcipuè debent quinq; co  
poris partes, oculi, aures, nares,  
& manus. Pedum & renum unctio pr  
loci consuetudine adhibenda est, v  
omittenda. In fœminis renum uncti  
omitti debet.

2. In morbo contagioso, vel dum mo  
ribundus tanto tempore non putatur su  
pervicturus, ut omnium sensuum uncti  
absolvatur, sufficit inungi unam ali  
quam partem, v. g. Manum, v  
oculum, hac adhibitâ formulâ general  
Per istam sanctam unctionem, &  
suam piissimam misericordiam  
indulgeat tibi Dominus, quic  
quid deliquisti per visum, audi  
tum, odoratum, gustum, & tactu  
Laym. in Theol. mor. l. 5. tr. 8. c. 3. n. 3  
Kon. disp. 99. du. 3. Sylvius. Peste labo  
rantes etiam licet virgulâ aliqua, sive ar  
genteâ, sive ligneâ, inungere. Præpos. in  
3. p. q. un. du. 6. Barbosa de offic. Paroch  
c. 22. n. 16. &c.

3. Amen


3. Amentibus quoque ministranda est extrema Unctio, etsi valentes eam non expetierint, qui enim, cum valerent, debite Sacramenta alia perceperunt, censentur habere virtualem & interpretativam intentionem etiam hoc Sacramentum percipiendi. Merac. tom. 3. de extr. Unct.

4. Et pueris post septennium (nisi constet eos carere usurationis) danda est extrema Unctio, licet nunquam communicarint. Laym. Theol. mor. l. 6. tract. 7. c. 4. n. 2.

Quam citò infirmo sit danda extrema Unctio, vide p. 71.

5. Si quis in morbo diuturno, v.g. Hydropsi, vel Phthisi semel accepisset extremam Unctionem, & desisset periculum mortis: posset, recrudescente morbo, iterum eandem accipere. Trident. sess. 14. cap. 3.

6. Non sunt intermittendæ orationes pro extrema Unctione præscriptæ, differri tamen in proximo mortis articulo possunt, usque dum essentialia Sacramenti peracta sunt, continuari deinde debent, &c.



IE, SU S. MARIA. IOSEPH  
Selig sind die toten, die im herre sterben, von  
mün. anspricht der geist, das sie ruhen von  
ihrer vielfaltigen arbeit. Apoc. 14. 13. 5578